ſolum terrena feruenti deſiderio concupiſcūt.
verum etiam eis aſſequendis tanto ſtudio aſſi=
ſtunt ꝙ non aduertunt vtrum eas iuſto vel in=
iuſto ex titulo conſequantur. et iſta cupiditas
ſummum tenet gradum peccati mortalis. Ta=
libus ſm Aug. nunꝙ̄ ex quacunqꝫ contritione
peccatum remittitur niſi oblata ſm facultatez
reſtituant. Et ponitur. xiiij. q. vj. c. Si res. Si
res aliena ꝓpter quam peccatum eſt reddi po=
teſt et non redditur penitentia non agitur ſed
ſimulatur. Si autez veraciter agitur nō remit=
titur peccatum niſi reſtituatur ablatuz ſi reſti=
tui poteſt. et ſunt verba Auguſ. in epiſtola ad
macedonium. Secundo ſe occultat ſub ſpecie
pietatis ꝙ maxime apparet in illis qui credūt
ꝙ ꝓpter nihil appetant tempalia niſi vt habe=
ant vnde ſuis paupibus vl' ſuis cognatis indi
gentibus vel etiam eccleſijs vberius ꝓuideāt.
et ſub hoc ꝑtextu multi cum magna auiditate
ſuperflua congregant. ⁊ in illud vitiū ſimiliter
y incidunt tria genera hoīuz. Primi q̄ non ſoluz
res ex auaricia iniuſte acquirunt. verum etiaz
acquiſita male et ꝓdigaliter conſumunt. puta
in voluptatibus in pompis et huiuſmodi. Se=
cundi ſunt perſone eccleſiaſtice et religioſe q̄
bus ꝓ tanto crines radūtur in capite vt ꝑ hoc
deſignetur ꝙ mens ipſorum per feruēs deſide=
rium libere debet eleuari in deū et nequaꝙ̄ de=
primi ad hec tempalia. et ſi tempalibus augē=
dis intendant vltra ꝙ̄ neceſſitas exigit vel ip=
ſorum ſtatus requirit totiens graui diſpendio
ſalutis ſe exponunt. Tertij ſunt qui non ſolum
res tempales cupide conquirunt. verum etiaz
ipſas cupide conſeruāt. Tertio auaricia ſe fin=
git et occultat ſb ſpecie liberalitatis qđ appa=
ret in illis qui ſub ſpecie curialitatis et ficte li=
beralitatis intentione cupida largiuntur alijs
vt ipſis poſtmodum maiora redonentur. q̄daz
etiam ſe occultāt ſb ſpecie paupertatis. ꝙ ap=
paret in illis qui fiunt pauperes minora in ſe=
culo dimittendo vt in religione diuitiarū ma=
iora obtineant vel melius viuant. illud fictum
fugit ſpūſſanctus. ideo fugiendum eſt ⁊ vincen
dum per donum pietatis. que mouet tribuen=
dum propter deum. ⁊ nō cupide reſeruandum
Narrat Julius ſextus ſtategramaton. li. j. c.
iiij. Qđ cum Emilius paulus lucan⁹ iuxta li=
tus anguſto itinere exercitum duceret ⁊ Tha=
rentini ei claſſe inſidianti agmen eius ſcorpio=
nibus ſunt aggreſſi captiuis latera eūtium ob
texit. quorum reſpectu hoſtium inhibuerat te=
la. iſto modo moraliter. Sic ſi diuites tela de=
monum vel etiā vltiones diuinas euadere vo=
lunt ponant iuxta latus ſuum pauperes nutri
endo et eis elemoſynas dando et circumdent
latera ſua pauperibus quibus frequenter pa=
rati ſunt nocere. ⁊ demones ceſſabunt vlciſcen
do. vt dicit Holkot. lec. cciij. Sexta gens dici=
tur gebuſeus. que interpretatur preſepe et ſi=
gnificat gulaz. ⁊ ſuadet homini ſemper ad pre
ſepe ſtare. ſicut aſinus vel iumentum. ⁊ iſte eti=
am fingit ſe occultando ſub tribus. vt habetur
ſupra dominica quarta. ſermone. j. xiiij. F. Sz
tale fictum fugit ſpirituſſanctus. ideo per do=
num ſcientie eſt fugiendum et vincendum. qua
ſciamus viuere temperate. Juxta illud apoſto
li ad Phil. iiij. Scio abundare ſcio et penuri=
am pati. Septimus populus dicitur ferezeus
qui interpretatur diſſeminans terram et ſigni=
ficat luxurie illecebris deditum. qui illicite ſe=
minat ſemen ſuum. et metit in preſenti momen
taneam delectationem. in fine vō eternam pe=
nam. Juxta illud ad Gal. vj. Qui ſeminat i car
ne de carne quoqꝫ et metet corruptionez. Jta
quidem luxuria etiam occultat ſe ſub triplici
ſpecie virtutū. vt patuit ſupra ſer. xiiij. D. Sz
hoc fictum etiam fugit ſpirituſſanctus. ideo fu
gandum eſt ⁊ vincendum per ſeptimum donū
ſapientie. id eſt. per saporem celeſtium quibus
guſtatis vileſcit omnis dulcedo carnalis. Ju=
xta illud Greg. Guſtato ſpiritu deſipit omnis
caro.

Feria ſecunda Pen=
tecoſtes. Sermo. j.

Loquente pe
tro verba hec cecidit ſpūſſanctus
ſuper omnes qui audiebant ver=
bum. Jta ſcribitur in epiſtola hodierna. Et ha A
betur Act. x. Cōſuetudo eſt hominū in aliqua
cōmunitate cōmorantium ſemper in curijs re=
gum vel aliorum prelatorum ſuum habere ad=
uocatum vt cum ab aduerſarijs impugnētur.
ille pro eis aduocet et cauſas ipſorum apud re
ges vel prelatos fideliter tractet ⁊ pro eis in=
terpellet. Sic ſpiritualiter chriſtiani homines
in cōmunitate eccleſie ſancte ſimul cōmorātes
continue impugnantur a tribus hoſtibus dia=
bolo mūdo ⁊ carne. quorū quilibet hoſtiuz pu=
gnat duplici manu. vt patuit ſ. ſ. xxj. B. ideo
habent aduocatum ſuum in curia ſummi regis
dei patris et prelati noſtri videlicet ſpiritūſan
ctum. qui Joh. xiiij. dicitur. Paraclyt⁹ quod
idem eſt ꝙ aduocatus vel conſolator quia ipſe
poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilib⁹
vt dicitur Roma. viij. Quod intelligenduz eſt
ſm Aug. non ꝙ ſpirituſſanctus anguſtetur vel
gemat Sz ꝙ gemere nos facit inſpirādo nob

gemendi affectum. et ſic q̄ ipo monēte nos fa
cimus ipe facere dr̄. Sicut dies dr̄ leta quādo
nos letos facit f̄m glo. Itaqꝫ ſpūſſanctꝰ aduo
catus noſter ē apud patrem et in corde patris
ſubſtātialiter. Sed ē in cordibꝰ noſtris actua-
liter. poſtulat ḡ ꝓ nobis in patre . ⁊ poſtulat ꝓ
nob ī nobis. ſꝫ aliter ⁊ aliter. In nob poſtulat
qn̄ nobis poſtulandi affectum inſpirat. Sed in
patre poſtulat quando hoc q̄ poſtulamꝰ ideꝫ
ipe donat . ⁊ hūc ſenſum explicat beatꝰ Bern̄.
in ſermone de feſto pente . tractans allegatum
verbum. ipe inquit ſpūſſanctus poſtulat ꝓ ſan
ctis gemitibus inenarrabilibus. et hoc ī corde
noſtro. Sed quid in corde patris. ſicut in nob
interpellat ꝓ nobis ꝯita in patre delicta cōdo
nat cum ipo patre aduocatus noſter in cordi-
bus noſtris. Ad patrē dn̄s noſter in corde pa
tris. itaqꝫ q̄ poſtulamus ipe donat qui donat
vt poſtulemꝰ. Et ſicut nos erigit pia quadam
fiducia. ita deum inclinat ad nos magis miſe-
ricordia ſua. hec Bern̄. Et ſic patet ꝙ ſpūſſan
ctus eſt aduocatus noſter ꝓ nobis pie poſtu-
lando. et nihilominꝰ eſt ꝯſolator noſter deum
ad nos miſericorditer inclinando . Q̄ etiam
aliter pōt ſic ꝓduci. Aduocatus noſter ē ſpūſ-
ſanctus ī corde inq̄ꝛtum ꝑponit aīe diuinā iuſti
ciam vt incutiat timorē. Et ex alia pte ꝓponit
aīe culpā ꝓpriam vt incitet ad dolorē . Sꝫ iſte
aduocatus eſt cōſolator etiā quia nunq̄ꝛ dimit
tit animaꝫ deſolatā . ideo vt tempet rigoreꝫ di
uine iuſticie ꝓponit anime diuinā miſericordi-
am vt erigat eam ad ſpem et vt tempet dolorē
culpe ꝓponit gratiā . et ſic in anima relinq̄t pa
cem ⁊ gaudium. Et he ſunt q̄ttuor affectiones
quas infundit ſpūſſanctus ꝓpter quod appel-
latur paraclytꝰ. i. aduocatꝰ q̄ cauſam ſtrēnue
ꝓ parte ſua poſtulat . qui rigorem iudicis mi-
tigat. qui cauillationes partis aduerſe ſcilicet
diaboli annihilat ⁊ qui cauſaꝫ ꝑditam repat ⁊
reformat. talis eſt iſte noſter peritiſſimꝰ aduo-
catus quare eſt merito ad noſtrā cauſam inuo
candus dicit. Veni ſancte ſpiritus ⁊c̄. Et ſic in
uocatus eſt hodie per ſanctuꝫ Petrum vt eſſet
aduocatus gentiluꝫ vt dicant verba premiſſa
loquente Petro verba hec . cecidit ſpūſſanctꝰ
⁊c̄. In quibus verbis duo precipue tangūtur.
Primo feruens Petri predicatio ibi. Loquēte
petro verba hec. Secundo ſpūſſancti datio ibi
Cecidit ſpūſſanctus ſup omnes. Circa p̄muꝫ
B eſt notandum dicit Gregꝰ. nubes ſuis guttis
terram rigat. ſꝫ irrigādo ſe ꝯſumit et dum alia
humectat ſe diſſoluendo annihilat. Spūaliter
p̄dicatores p nubes intelligūtur peccatores . Iuxta illud
Eſa. lx. Qui ſunt hi qui vt nubes volant . Illi
inquā irrigāt terram aridaꝫ cordis humani i-
fundendo pluuiam p quam intellige ſpūſſancti
gratiā . q: duꝫ ꝑdicator aquam ſcripture ſacre
fundit interim ſpirituſſanctꝰ ſua gratia corda
audientiū irrigat ſicut patet in epl̄a hodierna
cū Petrꝰ ꝑdicaret gētibus dicēs . In veritate
comperi qm̄ non eſt pſonarum acceptor deꝰ et
diſcernēs inter gētes ⁊ iudeos q̄ꝛtum ad vitaꝫ
eternam. Sed in omni gēte qui timet deuꝫ ⁊ fa
cit iuſticiam acceptus eſt illi ⁊c̄. Et cum hec et
alia verba loqueretur cecidit ſpūſſanctus ſup
omnes ⁊c̄. Ex quo patet q̄ ad ſuſceptionē ſpi
rituſſancti p̄mo ⁊ p̄ncipaliter valet multū ver
bi dei auditio ⁊ retētio. Iuxta illud Joh. xiiij.
Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit.
et pater meus diliget eum . ⁊ venimus ad eum
⁊ māſionem apud eum faciemus . In quo v̄bo
habemus ꝙ p retētionem verbi dei ⁊ non ſolū
auditionem tota trinitas venit ad aīam ſancti
ficādum. Specialiter tn̄ hoc attribuit̄ ſpūiſan
cto. quia ipe ē amor vel dilectio eius quo vni-
mur deo ⁊ ipe nobis. Quia dicit Bern̄. in ſer.
pente . Sicut pater et filius vnum ſunt . ſic et
nos p ſpm̄ſanctum ſumus in ipis . ⁊ in hac vni
one ꝯſiſtit ſanctificatio noſtra. Sed hoc ppen
dens diabolus ꝙ p auditionem. ſ. verbi dei ſu
ſcipimus ſpm̄ſanctū . ⁊ p ſpm̄ſanctū deo patri
et filio vnimur et ſanctificamur . ideo multos
ſubtrahit ab auditione v̄bi dei. Q̄ ꝓbat ex il L
lo geſto romanoꝝ. Nam legitur ꝙ q̄dam im-
perator tyberiꝰ melodiā multam dilexit. acci-
dit autem vna dierum ꝙ cum ad venandum p
rexiſſet quādaꝫ citharam in tanta dulcedine
audiuit ꝙ quaſi extra ſe raptus ad locū melo-
die eq̄tauit . cumqꝫ ad locum veniſſet quādam
aquam reſpexit et iuxta aquā q̄dam pauper ſe
debat qui citharam manu tenebat . de iſta ci-
thara ꝓceſſit tanta melodia ꝙ imperator oīni
gaudio repletus eſt. Cumqꝫ imperator cum in-
terrogaſſet. ait ille. domine per viginti annos
et amplius iuxta illam aquam manſi. et dedit
mihi deus tantam gratiam ī cithara ꝙ q̄ꝛcito
chordas tetigero tāta erat melodia ꝙ piſces
iſtius aque ad hamum meum veniunt p quos
meipm̄ ſuſtineo tota die. Sꝫ heu infra paucos
dies ex alia parte aque venit quidam ſibilator
qui cuꝫ tanta dulcedine ſibilat ꝙ piſces me di
mittunt et ad eum veniunt et vadunt . Et quia
eſtis dominus et imperator totius terre con-
tra ſibilatorem mihi auxilium prebete . Cui im
perator . Chariſſime in hoc vnico poſſum te iu-
uare habeo hamum aureum illum tibi dabo . ⁊
ī ſūmitate virge hunc liges ⁊ deinde citharaꝫ
percuties ad cuius tactum piſces mouebun-
tur. et ſtatim per hamum ad terram eos trahe
et ſic ſibilator de loco recedet cum confuſione

Spiritualiter ille imperatoꝛ ē chꝛiſtus cuius
imperium ſuper humerū eius. Eſa.ix. Hic val
de diligit melodiam cithare. Per citharam in
tellige ſuauitatem locutionis pꝛedicantis. Iu
xta illud .j. Reg.xvj. Pſallebat Dauid citha=
ra et refocillabatur ſpiritus Saul. quia ꝑ dul=
ce verbum pꝛedicantis recreatur ſpiritus au=
dientis. Et quia dixit chꝛiſtus. Dulce verbum
pꝛedicantium illud in certo equo humanitatis
equitauit in hunc mundum qui per aquā intel=
ligitur quia tribulatione eſt plenus. circa hūc
inuenit quendam citharedum per quem intel=
lige vno modo beatum Iohannem baptiſtam
de quo canitur. Citharam carnis percuſſit in
domo domini. de hac cithara proceſſit dulcis
melodia cum pꝛedicabat Matth.iij. Peniten
tiam agite appꝛopinquabit enim regnum ce=
loꝛum. et pꝛopter hanc dulcem vocem multos
traxit de aqua huius mundi. piſces. id eſt. ho=
mines conuertit ad deum. quia dicit Matth.
iij. Tunc exibat ad eum omnis hieroſolima et
omnis turba et baptizabātur ab eo in ioꝛdane
confitētes peccata ſua. Uel alio modo ꝑ pau
perem cithariſtam intelligitur vniuerſitas ꝓ=
dicatoꝛum qui debent eſſe pauperes. qꝛ ṗmis
ꝓdicatoꝛibꝰ .ſ. apoſtolis dixit xp̄s Matth.x.
Nolite poſſidere aurum. hi ſedent circa aq̄s
ſacre ſcripture eam pꝛius addiſcendo. deinde
tangunt citharaꝫ populis pꝛedicando. Sicqꝫ
D multos de mari huius mundi extrahentes in
poꝛtu ſalutis eos ponunt. ſcilicet his diebus
pꝛincipaliter cum ꝓdicatoꝛ incipit pꝛedicare ⁊
tangere citharam ſacre ſcripture. Sibilatoꝛ il
le diabolus incipit etiam ſibilare tam dulciter
ꝙ quaſi partem maioꝛem ſubtrahit a ꝓdicatio
nibus. Quoſdā v̓o trahit ad foꝛum vt in mu=
lieribus pulchꝛis ad eccleſiam euntibus dele=
ctentur. Alios allicit ad tabernam. vt vino et
ceruiſia adimpleātur. Nōnullos ducit ad ame
nitatem pꝛatoꝛum vt roſis coꝛonentur. Reli=
quos v̓o ad amaſias vt cum eis collocentur.
Et q̄tuꝫ ad ṗmos dicitur Sap.ij. Uenite vta
mur bonis ⁊ fruamur creatura tanq̄ in iuuen
tute celeriter. Quantum ad ſecundos dicit vi=
no pꝛecioſo ⁊ vnguētis nos impleamus. Quā
tum ad tertios nō inquiūt. Pꝛetereat nos flos
campi. coꝛonemꝰ nos roſis anteq̄ marceſcāt.
Quo ad q̄rtos dicit. Ubiqꝫ relinquamꝰ ſigna
leticie noſtre quoniā hec eſt pars noſtra. qua=
ſi dicerent. nihil plus habere poſſumus de bo=
nis eternis. ideo bene poteſt conqueri pꝛedica
toꝛ ꝙ homines eum dimittunt. et poſt diabo=
lum vadunt. petat ergo pꝛedicatoꝛ auxilium a
deo patre vt ſibi gratiam loquēdi dirigat ⁊ po
pulum inſtruat. quia dicit Haymo ſuꝑ Mat.
Niſi gratia dei aſſit coꝛdi auditoꝛis ocioſus ē
ſermo omnis doctoꝛis. Aūqꝫ ſic petierit auxi=
lium pꝛedicatoꝛ a deo tunc dat ſibi hamuꝫ au=
reum. id eſt. ſpiritumſanctum mediante cuius
gratia populus docetur et in ſermone eius re
tinetur. Quia dicit Chryſo. ſuper Mat. Niſi
gratia ſpiritusſancti intus nos doceat lingua
noſtra exterius inuanum laboꝛat. Secūdo ad
ſuſceptionem ſpiritusſancti diſponit dilectio.
Quelibet enim res cōgaudet ſibi ſimili. Et ſpi
ritusſanctus amoꝛ eſt vel dilectio vt dicit Gre=
go. in omel. igitur vbi eſt dilectio ibi ē ſpiritus
ſanctus. Spiritus autem ſanctus ignis. qꝛ di=
cit glo. ſuper illud. Ignem veni mittere in ter=
ram. Luc.xij. Ignis habet quattuoꝛ naturas.
vꝛit. purgat. calefacit. ⁊ illumīat. Sic ſpiritus
ſanctus vꝛit peccata. purgat coꝛda. toꝛpoꝛem
excutit. et ignoꝛantiam illuminat. Ignis etiaꝫ
coꝛpoꝛeus inuiſibilis eſt in ſua natura. Sed aſ
ſumpto aliquo coꝛpe videtur diuerſi coꝛloꝛis
apparens pꝛopter materias in quibus ardet.
Sic ſpiritusſanctus videri nō poteſt niſi ꝑ cre
aturas in q̄bus opatur. hec glo. Et quia ſpi=
ritusſanctus ignis eſt. Uidemus ꝙ ignis late=
re non poteſt quin erumpatur vel extinguatur
Sic dilectio vbi eſt ibi erumpit in opus vel ex=
tinguitur ī ſeipā. Et hoc ē qđ dicit Gregꝰ. Di=
lectio opatur magna ſi eſt. Si ſi operari rēnuit
dilectio non eſt. dicit enim ſic. nunq̄ eſt amoꝛ
dei ocioſus. operatur enim magna ſi eſt. et ſi
opari rēnuit. amoꝛ non eſt. Et nota ꝙ dilectio
que diſponit ad ſuſceptionem ſpiritusſancti eſt
tam dilectio dei q̄ pꝛoximi. quia dicit .j. Ioh.
iiij. Hoc mandatum habeamus a deo vt qui di
ligit deum diligat et fratrem ſuum. et qui non
diligit fratrem quem videt. deum quem non vi
det quomodo poteſt diligere? Et illud manda
tum habetur Ioh.xiij. Mandatuꝫ nouum do
vobis vt diligatis inuicem. Super quo dicit
Augꝰ. ponendo exemplum. Quis eſt inq̄t qui
dicit. diligo imperatoꝛem. ſed odio legem ſuā
Imperatoꝛis noſtri lex ē mandatum nouum
do vobis vt diligatis inuicem. Si ergo dicit te
deum diligere mandata eius obſerua et fratrē
tuum dilige. Si autem fratrem odis quomo=
do deū diligis cuius mādata contemnis? Naꝫ
legitur in vita beati Iohannis euangeliſte ꝙ
cum ipſe deueniſſet ad vltimam ſenectutem et
vix inter diſcipuloꝛum manus ad eccleſiaꝫ de
ferreretur cuꝫ non poſſet plura verba dicere
ad quemlibet paſſum dicebat. Filioli diligite
alterutrum. Tandem diſcipuli et fratres qui
aderāt audiētes ꝙ eadeꝫ v̓ba ſemꝑ dixerat di
xerūt. magiſter hoc nob̄ ſemꝑ loq̄ris? rn̄dit qꝛ
ꝓceptū dn̄i eſt ⁊ ſi hoc homo ſolū facit ſufficit.

Nã legitur etiã Act. ij. q̄ diſcipuli poſt dies .l.
quando erant inuicem coniuncti et vniti ſpiri-
tũſanctum acceperunt. Sic etiam chriſtiani fi-
deles cupientes accipere ſpiritũſanctum com-
plere debent dies pentecoſtes per mãdatoꝝ
dei obſeruationem vt ſint omnes pariter ĩ vnũ
per dei et proximi dilectionem, pculdubio ve-
F nit eis ſpiritusſanctus. Tertio ad ſuſceptionẽ
ſpũſſancti diſponit cordis corporiſq3 humili-
atio. Quia dicit de⁹ pater. Eſa. vlt. Sup quem
requieſcet ſpũs meus? ꝛ reſpondet. ſup humi-
lem. Ideo legitur Gen. xviij. q̄ dñs apparuit
abrae in ↄualle mãbre. Conuallis mambre eſt
duplex humilitas cordis et corpis. Interptã-
tur aũt mambre claritudo. quia in hac humili-
tate duplici claritate videtur deus ſpũſſanct⁹
Ideo dicit Bern. Superbo oculo ꝛ inſatiabili
corde de⁹ nõ videt̃ ſincero corde. Qđ patet de
diſcipulis q̃ erãt humiles q̄ pꝫ ex eo q̄ erant
ſedentes et receperũt omnes ſpm̃ſctm̃. Iux il-
lud. Repleti ſunt omnes ſpũſancto. quia dicit
ps̃. ciij. Qui emittis fontes in ↄuallibus. glo.
id eſt. dona ſpũſſancti das humilib⁹. Quarto
diſponit ad ſuſceptionẽ ſpũſſancti oratio. Nã
oratione dilect⁹ ẽ aduocãdus tenẽdus ꝛ reuo-
cãdus. Iux illud ps̃. cxviij. Os meum aperui
et attraxi ſpm̃. ſ. p deuotionem vel orationẽ de-
uotam et attraxi ſpm̃. Unde dicit Bern. ſuper
Cant. Dicam v̊bum dei deum ſponſum aĩe et
venire ad animam. Et iterũ dimittere eã tñ vt
ſenſu anime nõ v̊bi motu iſta fieri ſentias. ver-
bi gratia cum ſentiat gratiã agnoſcat p̄ſentiã.
Cum v̊o non abſentiam intelligat. ꝛ rurſuꝫ pa-
tientiam q̃rit v̊bo abeunte vna interim et con-
tinua anime vox eſt. ſ. oratio ad ↄtinuum deſi-
derium eius. ideo ſubtraxit ſe vt auidius reuo-
caretur teneretur fortius p̄teriens teneri vult
abiens reuocari. Et idem Bern. Tm̃ inquit ex
motu cordis ĩtellexi pñtiam ei⁹. cepit enĩ euel-
lere ꝛ deſtruere edificare ꝛ plãtare rigare ari-
da. illuminare tenebroſa. clauſa reſerare. fri-
gida inflãmare. ꝛ hoc mihi ſignũ acceſſiõis ei⁹
Triſtis neceſſe ſit aĩa mea donec iterum reuer-
G tatur ꝛ recaleſcat cor meum. Quinto diſponit
ad ſuſceptionem ſpũſſancti peccatoꝝ euacua-
tio. ꝛ hoc fit per ↄtritionẽ veram. et cõfeſſionẽ
humilem. qꝛ tantus hoſpes mũdus nõ dignat̃
venire ad corda ĩmũda. Si enĩ apes virginee
nolunt alphearia ĩmunda inhibitare. ſed q̄ci-
to efficiũtur fetida relinquũt ea qꝛ odores feti-
dos et fumos valde odiũt ꝛ fugiũt. ꝛ in rebus
odoriferis delectantur. vt dicit Ariſ. xviij. de
animalib⁹. Si enĩ taxus foramẽ ſuum a vulpe
p vrinã defedatũ dimittit. nec amplius reuer-
tetur ad ipm, vt dicit Pli. in ſpecu. natu. li. viij

Multo magis ſpiritusſanctus qui eſt mundiſſi-
mus dedignatur ad peccatorem venire qui eſt
ex peccato fetidus effectus. ſed fugit ipm ſicut
figuratum eſt Gen. viij. q̄ Noe miſit columbã
de arca. que cum nõ inueniſſet vbi pes eius re-
quieſceret, pp̄ter inundationem aquarum. re-
uerſus eſt ad arcam. Per Noe intelligit̃ deus
pater. Sed per columbã intellige ſpiritumſan-
ctum. quia legitur Matth. iij. Cum baptizat⁹
erat chriſtus in iordane a Iohãne aperti ſunt
ei celi. quia ineſtimabilis ſplendor factus ẽ cir-
ca eum ac ſi celo reſerato ſplendor eius infun-
deretur terris, vt dicit Uin. in ſpe. hiſto. li. viij
c. viij. Et vidit ſpm̃ſanctum deſcendentem ſicut
columbã venientem ſupra ſe. Et aſſiĩatur ideo
ſpũſſanct⁹ columbe, pp̄ter benignitatẽ. Quia
Sap. j. dr̃. Benignus eſt ſpũs ſapiẽtie. Super
quo dicit Hol. lec. vj. Qđ eſt benignus iuſtos
exaudiẽdo. malos reducendo. ꝛ cunctos recte
regendo. De p̄mo in ps̃. lxviij. Exaudi me do-
mine. qm̃ benigna ẽ miſericordia tua. De ſecũ-
do ad Roma. ij. An ignoras qm̃ benignitas
dei ad penitentiã te adducit. De tertio Luc. vj
Benignus eſt ſup ingratos et malos. hunc be-
nignum ſpiritum emittit pater de arca. id eſt.
de regno celorum. Iuxta illud verbum chriſti
Ioh. xiiij. Paraclytus ſpiritusſanct⁹ quẽ mit-
tet pater ĩ nomine meo ille vos docebit oĩa. ſ3
cum non inuenit vbi requieſcit propter diluui-
um aquarum. id eſt. peccatorum reuertitur ad
arcam. id eſt. ad celum. non enim ĩmergebat ſe
columba aquis diluuij. nec ſpiritusſanctus vbi
eſt diluuium peccatorum. Ideo dicitur Sap. j.
Spiritusſanctus diſcipline effugiet fictum. et
aufert ſe a cogitationibus que ſunt ſine intelle-
ctu. vbi per fictum intelligit Holkot. lec. v. hy-
pocritam ꝛ peccatorem. qui bonum pretendit
exterius. et maliciam gerit interius. quem fu-
git ſpiritusſanctus et ſimul effugiet cogitatio-
nes eius beſtiales et libidinoſas. Et inſup ta-
lis qui ſic repellit vel fugat ſpiritumſanctum a
ſe. non manet impunitus. Quia dicitur Sap. j
Qđ corripietur a ſuperueniẽte mentis iniqui-
tate. id eſt. propter iniquitatem que eius con-
ſcientiam opprimat ſicut onus graue. Sexto
ad ſuſceptionem ſpiritusſancti diſponit corpo-
ris afflictio. et hoc fit per ieiunium. quia apo-
ſtoli vt merentur accipere creduntur hoc tem-
pore ante aduentum eius ieiunaſſe. qđ poteſt
patere ex verbis chriſti. Matth. ix. Nunquid
poſſunt filij ſponſi lugere q̄diu ſponſus cum
eis eſt? quaſi diceret. non. venient autem dies
cum auferetur ab eis ſponſus tunc ieiunabunt
ideo, pp̄ter ieiunium meruerunt accipe ſpiritũ
ſctm̃. Neceſſe ẽ enĩ vt nos p ieiuniũ caſtigem⁹

quia ſpũſſanctus ignis eſt et nos ſumus quaſi
lignum. Iuxta illud pſ̃.i. Erit tanq̃ lignũ qđ
plantatũ eſt ſecus decurſus aquarũ ꝛc̃. Scim⁹
aũt ꝙ cum ligna exiccantur et humiditates in
illis ꝯſumũtur apta fiunt ad ſuſceptionẽ ignis
atq; flãme. ita hoies cum per ieiuniũ exiccant
ꝛ humiditates pctõꝝ i eis ꝯſumũtur ad ſuſce-
ptionẽ ſpũſſancti adaptantur. Ideo dic̃ Wuil.
i rationali di. li.vj. de ieiunio. Licet a die re-
ſurrectionis vſq; in diẽ pente. nõ indicãtur ie-
iunia. in vigilia tñ pentecoſtes eſt bene ieiunã-
dum vt p ieiunium mũdati ſpm̃ ſuſcipe merea-
mur ſctm̃. Et certe hec vigilia non de conſilio.
ſed de ſtatuto et mãdato eccleſie eſt ieiunãda.
F Septimo diſponit ad ſuſceptionem ſpũſſancti
hoiũ concors cõgregatio. quod patet ex illo
Act.ij. Cum completi eſſent dies pentecoſtes
erant omnes diſcipuli pariter in eodẽ loco q2
erant vnanimes et concordes. Et ꝓpterea fa-
ctus eſt repente d̓ celo ſonus aduenĩẽtis ſpũs
vehementis ꝛc̃. Seqtur. Repleti ſunt oẽs ſpũ
ſancto. ita et nos ſi ſpm̃ſctm̃ volumus accipe
odium ſiue diſcordiã debem⁹ a nobis remoue-
re ꝛ ꝯcordes eſſe. Sicut eni ſpũs hois non vi-
uificat mẽbra niſi fuerint vnita. Sic nec illos
in myſtico corpe eccleſie ſpũſſanctus viuificat
q̃ ſunt per diſcordiã ſeparati. Sed ſolũ illos q̃
ſunt p ꝯcordiã congregati vel adunati. Sicut
etiã ignis p diuiſionẽ extinguitur. Sic ſpũſſan
ctus q̃ ignis eſt p diſcordiam effugatur. q2 ſo-
lum in pace factus eſt locus eius. vt inquit pſ̃
lxxv. Ideo dicit Greg⁹ in paſtor̃. Sicut nihil
eſt ꝑcioſius deo virtute dilectionis. ita nihil ẽ
deſiderabili⁹ diabolo extinctione charitatis.
Et Bern̄. dic̃. Parum timet diabolus vigilan-
tes. ieiunãtes. aut cõtinentes. q2 de iſtis oib⁹
multos traxit in laqueũ ruine. ſed cõcordes ꝛ
vnanimiter viuẽtes in domo dñi. cõiuncti deo
et ſibi p vinculum charitatis. hi dolorẽ. hi li-
uorem. hi timorem diabolo inferũt. hec Bern̄
Et ſicut cõcordia diabolo diſplicet. ita placet
ſpũiſancto. Iuxta illud Eccĩ.xxv. In trib⁹ be-
neplacitũ ẽ ſpũi meo q̃ ſunt ꝓbata coram deo
et hoibus. cõcordia fratrum amor ꝓximorum
vir et mulier ſibi bñ ꝯſentientes. Octauo ꝛ vl-
timo diſponit ad ſuſceptionẽ ſpũſſancti contẽ
platio. qđ patet ex illo. q2 cum eſſent diſcipuli
i ſupiori cenaculo quod erat Nicodemi ꝛ erat
illud ſtratum cenaculum in quo cenam cũ chri
ſto manducauerunt. tũc receperũt ſpiritũſan-
ctum in ſignũ ꝙ illi qui volunt recipe ſpm̃ ſan-
ctum debent ꝯtemplatione cor leuare ſurſum.
ideo hortat̃ nos apl̓s ad ꝯtẽplationẽ celeſtiũ
ad Col.iij. Si conſurrexiſtis cum chriſto. que
ſurſum ſunt querite. i. bona celeſtia deſiderate

vbi xp̃s eſt in dextra dei ſedens hic conclude.
K Quantum ad ſecundũ tangitur ſpũſſancti
datio cum dr̃. ſpũſſanctus cecidit ſuper
omnes q̃ audiebant ṽbum. dicit Hugo i dida.
li.iiij. Ventus ſedulus ſi perflauerit ipam ter-
ram conflat vt hoc anno fertilitas conſequa-
tur. Et ratio q2 poros terre apperit vel a ter-
ra tunc omnes ventos emiſit Moraliter p ter
ram ſignificantur homines. generaliter enim
poſſunt omnes homines vocari terra. vt dicit
Holkot lec.ij. Cum quia de terra ſuam origi-
nem ſunt ducentes. Iuxta illud. Omnes gen-
tes de terra et ſole ſunt vnde creatus eſt Adã
Cum quia ſunt terrram inhabitantes. Sicut
teſtatur in pſ̃.cxviij. Incola ego ſum in terra.
Cum quia ex terra ſunt exeuntes. Iuxta illud
Eccĩ.xvij. Omnis homo eſt terra ꝛ cinis. Cũ
quia ſunt in terram reuertẽtes. Eccĩ.xl. Que
de terra ſunt in terram reuertuntur. Spiritua
liter autem vento aſſimilatur ſpirituſſanctus ꝓ-
pter tria. primo propter originem occultam.
De qua Ioh̃.iij. Spirit⁹ vbi vult ſpirat. et ne-
ſcis vñ veniat aut quo vadat. Et hoc Chryſo.
exponit de vento. et tangit dominus ꝑmo vẽ-
ti poteſtatem cum dicit. Spiritus vbi vult ſpi-
rat. id eſt. flat quo vult. Et ſi dicas ꝙ vent⁹ nõ
habet voluntatem. dicendum ꝙ voluntas ſu-
mitur pro appetitu naturali qui nihil aliud eſt
ꝙ̃ inclinatio naturalis. Secundo tangit venti
iudicium. cum dicit. Vocem eius audis. ſcili-
cet ex percuſſione ad aliud corpus. Tertio po
nit eius originem cũ concludit. et neſcis quo
vadat. Et ſi obijceret quis ꝙ de quolibet ven-
to ſcimus vnde veniat aut quo vadat. Nã au
ſter venit a meridie et vadit ad aquilonem.
boreas venit ab aquilone et vadit ad meridi-
em. et ſic de alijs. reſponderi poteſt. ꝙ princi-
pium venti poteſt fieri dupliciter. primo mo-
do in generali et hoc modo ſcitur ꝙ auſter ve
nit a meridie. et vadit ad aquilonem. Alio mo
do in ſpeciali. et hoc modo neſcitis vnde ve-
nit. id ẽ. a qua plaga determinate incipiat aut
quo vadat. id eſt. ad quam plagam determina
te terminetur. Sic eſt de ſpirituſancto de quo L
in generali ſcimus vnde venit. quia de patre ꝛ
filio venit. Qđ probat magiſter li.j. ſententia-
rum. diſ.xj.c.j. Hic inquit dicendum eſt ſpiri-
tumſanctum eſſe a patre et filio et procedere a
patre et filio. qđ multi heretici negauerũt. Et
ſubdit. ꝙ autem ab vtroq; procedat multis di
uinorum eloquiorum teſtimonijs comprobat̃
Dicit enim apoſtolus ad Gal.iiij. Miſit enim
deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra. Ecce h̃
dicit̃ ſpiritus filij. Et ad Roma.viij. Qui autẽ
ſpiritũ chriſti non habet h̃ nõ eſt ei⁹. Ipe enim

filius dicit Joh.xv.de ſpūſancto. Cuꝫ venerit
paraclytus quē mittā vob a patre ſpiritum ve
ritatis q̇ a patre ꝓcedit. Et Joh. xiiij. Para-
clytus ſpūſſanct⁹ quē mittet pater in noīe meo
Et ꝯcludit mgr̄. his etiā alijſqꝫ plib⁹ auctibus
oñditur ꝙ ſpūs a patre et filio ꝓcedit hec mgr̄
et ſic ſcimus in generali. vñ ſpūſſanctus venit
aut ꝓcedit. Sꝫ in ſpeciali qñ venit ꝛ ad quē de-
terminate terminetur certitudinaliter ſcire nō
poſſumus. Nā quo ad hoc aduētus eius ē no-
bis occult⁹. qꝛ vbi vult ſpirat. Cōiecturaliter
M aūt poſſumus ſcire per aliq̄ ſigna. Primuꝫ eſt
dolor de culpa p̄terita. qꝛ Bern̄. in ſermone de
omnibus ſanctis. Spūſſanctus odit ſordes.
nec habitare pōt ī corde ſubdito peccatis. Se
cundum ſignū ē firmum ꝓpoſitū cauendi pec-
cata futura. Qđ nullatenus pōt haberi cona-
tu ꝓprio ſine ſpūſancto infirmitatē noſtrā ad-
iuuāte. Ideo dicit beatus Aug⁹ in li. retracta.
Volūtas nō niſi gr̄a ſpūſſancti liberaliter aſſi-
ſtēte liberat̄ a ſeruitute. q̄ facta eſt ſerua pecca
ti aliter pie ꝛ recte viuere a mortalib⁹ peccatꝭ
nō pōt. Tertiū ſignū ē ꝓmptitudo boni. Nam
ſm̄ Greg. Amor dei. i. ſpūſſanctus nūq̄ ē oci-
oſus. opatur enim magna ſi eſt. ꝛ hec ſunt tria
ſigna quo ad incipiētes. Quartum ſignum eſt
frequēs ꝯſciētie examinatio non ſolū de pctīs
mortalib⁹ imo et venialib⁹. cui⁹ ratio eſt. quia
ſicut ſpūſſanct⁹ opponit̄ peccato mortali. ita
feruor charitatis q̄ ē a ſpūſancto opponit̄ pec
cato veniali. et ipm ab aīa expellit. ne ſpūiſan-
cto placeat. qꝛ omnes aīe officinas mūdificat
nec minimā peccati paleā ītra cor qđ poſſidet
patit̄ reſidere. ſꝫ ſtatim igne ſubtiliſſime circū-
ſpectionis exurit ſpūs ſuauis et dulcꝭ. vt dicit
Greg⁹ in moral̄. Quintū ſignū ē ꝯcupiſcētie di
minutio. quāto eni charitas magꝭ auget̄ tanto
cor a t̄palib⁹ magꝭ eleuat̄. qꝛ dicit beat⁹ Greg⁹
ſup Joh. omel̄. viij. Charitas omniū bonoꝝ
radix eſt. ꝛ radix omniū maloꝝ cupiditas eſt
et ſimul ambo eſſe nō poſſunt. qꝛ vbi vna radi-
citus non fuerit euulſa alia plantari nō poteſt
Sine cauſa aliquis conat̄ ramos īcidere ſi ra-
dicē nō intendit euellere. Charitas ḡ robora-
ta nō ceſſat ꝯcupiſcentiaꝫ radicitus extirpare
Idem Aug⁹. lxxxiij. q̄ſtionū. q. xxviij. dicit ꝙ
charitatꝭ venenū ē ꝯcupiſcentia t̄palium ꝛ nu
trimentū charitatis eſt diminutio cupiditatis
Sextum ſignū eſt ſtudioſa mādatoꝝ obſeruā
tia. Cui⁹ ratio qꝛ obſeruatio mādatoꝝ ſine ve
ra dilectione eē nō pōt. Juxta illud Joh. xiiij.
Si quis diligit me ſermonem meum ſeruabit.
et hoc quo ad ꝓficiētes. Septimū ē diuine ve-
ritatis manifeſtatio. Cum eni ſpūſſanctus ſit
ſpūs veritatis Joh. xv. Propriū ē docere ſibi

omnē veritatē. Quare in quocūqꝫ fuerit ſpūſ-
ſanctus per aliquas reuelationes diuinoꝝ ſe-
cretorum ſe pandit et hoc conuenit ei ex pro-
prietate amoris. Amor enim eſt cauſa cōmuni
cationis. et ideo reuelat et cōmunicat quis ſe-
creta amico ſuo quē credit ea nō pādere ex ſe.
Octauum ſignuꝫ eſt nihil timere niſi deum. qꝛ N
j. Joh. iiij. dr̄. Perfecta charitas foras mittit
timorē. Quod exponit Gilbertus ſup cañ. ſer.
xviij. Charitas ꝑfecta ē carere timore. hec eni
nihil penale habet. timor aūt habet penaꝫ. Et
ſubdit iterrogando. q̇d eni habet timere cha-
ritas veteres offenſas ? nō qꝛ charitas operit
multitudinē peccatoꝝ. infirmitatem ꝓprie cō
ſcientie vt cadat vel decidat. non quia fortis ē
vt mors dilectio. Temporales ꝑ xp̄o timebit
moleſtias non cum etiam nec ſi eterne ſint de-
fatigari poterit dilectio ꝑfecta non tam amat
charitas ne pereat. ſꝫ magꝭ vult foris ī eternū
perire penaliter q̄ī itus fruſtrari vſu charitatꝭ
eternaliter hec ille. Ad hoc facit illud pſ̄. xxij
Si ambulauero in medio vmbre moris. i. dia-
boli ẽm Caſſio. Non timebo mala ꝛc̄. Et quia
charitas facta eſt nobis ꝑ ſpm̄ſctm̄. Juxta il-
lud Roma. v. Charitas dei diffuſa ē ī cordib⁹
noſtris per ſpm̄ſanctum qui datus eſt nob ꝛc̄.
ptꝫ ꝑ ſignū ſpūſſancti ē nihil timere p̄ter deum
Ad hoc facit idē. ij. Corī. iij. Ubi ſpūs domini
ibi libertas. ſed libertas non ſtat cum timore
ſuili. igit̄ vbi ſpūs ibi nullus timor niſi dei. Et
inde ē ꝙ ſancti apl̄i et alij martyres ſpūſctō re
pleti oēs timores regū p̄ncipuꝫ tyrānoꝝ amo
re dei ꝓ nihilo habuerunt. Nonū ſignū ē deſi-
derū diſſolutionis vt videlicet hō ex vehemē-
tia diuini amoris cupit diſſolui ꝛ eē cū xp̄o Nā O
ſpūſſanctus animaꝫ ſuam quā replet ſemꝑ ſur-
ſum trahit ad locū ſuuꝫ. i. ad celum. qꝛ facit eā
per amorem. i. deſiderium ſurſum tēdere. Qđ
pulchre declarat beatus Aug⁹. xiij. ꝯfeſ. ꝑtra-
ctans illud Geñ. j. Spūs dñi ferebat̄ ſuꝑ aq̄s
ponderib⁹ ſuis agūt̄ corpora inq̄t ꝛ petunt lo-
ca ſua grauia deorſum vt lapis. leuia ſurſum
vt ignis. hec extra loca ſua ſunt inquieta. Sed
qđ eſt pondus in corꝑibus eſt amor in ſpiriti-
bus amor me⁹ pōdus meum eo feror quocūqꝫ
feror dono tuo dñe accendimur et ferimur ſur-
ſum inardeſcim⁹ et minus aſcēdimus. aſcenſio
nes in corde igne tuo bono inardeſcim⁹ ꝛ ſur-
ſum ferimur ad pacem hieruſalem. hec Aug⁹.
Ex quibus patet ꝙ ſpirituſſanctus leuat men-
tem ad deſiderium ſupernorum. Qđ etiā pul-
chre oſtēdit Richardus ī prologo libro đ tri.
Ad hoc chriſtus aſcendit in celum vt prouoca
ret ꝛ poſt ſe traheret deſiderium noſtrū. xp̄s
aſcendit ꝛ ſpūſſanctus deſcendit. Ad hoc xp̄s

miſit ſpm̄ſctm̄ nob vt ſpm̄ noſtrū leuaret poſt
ipm̄.xp̄s aſcendit corpe. nos aſcēdimus mēte
Aſcēſio itaqȝ illius fuit corpalis. noſtra autez
ſpūalis. Ad quid eni aſcenſionis nr̄e doctorez
atqȝ ductorē ſpiritū exhibuit niſi qȝ aſcenſum
noſtrū interum ſpūalez eſſe voluit: hec richar-
dus. ꝛ hoc quo ad perfectos. Secūdo ventus
habet impulſionē inq̄etam. Eſt eni mobilis et
totus inq̄etus ꝛ hoc ſpūiſancto cōpetit p effe-
ctum inq̄ꝫtum mētes mouet ad bonum. et non
pmittit q̄eſcere per ocium. Sic mouit cor Eſa.
qui ait .vij.c. Cōmotuz eſt cor meū ſicut lignū
P an̄ faciē venti. Et nota ꝙ vētus eſt multiplicis
effectus. qui etiaz effectus cōuenit ſpūiſancto
Primo eni eſt maris exiccatiu⁹. Sed q̄d p ma
re niſi impius peccator ītelligiť. Eſa. lvij. Cor
impij quaſi mare feruens qd̄ q̄eſcere nō poteſt
Hunc excitat ſpūſſanct⁹ ad penitētiā ſic̄ patet
de maria magdalena que erat plena .vij. pecca
tis mortalibus q̄ deſignantur in ſeptez demo
nibus. Marc̄. vlt̄. Quā ſpūſſanct⁹ adeo ad pe
nitētiaz excitauit ꝙ ſe ad pedes ieſu humiliter
pſtrauit ꝛ veniaz poſtulauit. Luc̄. vij. Jdeo ca
nitur de ipſa. Flauit auſter et fugauit aquilonē
quando lauit cor marie imber ſpūſſancti. Se-
cundo vetus eſt pluuiaꝝ pductiu⁹. ſic ſpūſſan
ctus pducit pluuias lachrymaꝝ. Sicut ptz in
Petro qui poſt trinā negationem exiens fleuit
amare. Mat. xxvj. Jdeo dic̄ apl's ad Roma.
viij. Qd̄ ſpūſſanctus poſtulat p nobis gemiti-
bus inenarrabilibus. qȝ ſm glo. facit poſtula-
re et gemere. vt patuit s̄. in themate. xxvj. A.
Tertio ventus eſt ignis inflāmatiu⁹ et accēſi-
uus. Sic ſpūſſanctus inflāmat corda ad q̄ ve-
nit eaqȝ i diuino amore accēdit. Sicut pbat be
atus Greg⁹ in omel̄. pente. hodie inq̄t ſpūſſan
ctus repētino ſonitu ſup diſcipulos venit. mē-
teſqȝ fideliū in ſuo amore pmutauit ꝛ foris ap-
parentibus linguis igneis ītus facta ſunt cor-
da flāmantia. qȝ dum deū in ignis viſione ſuſci
piunt p amorē ſuauiter arſerūt. Jdeo petendo
eccleſia canit. Veni ſancte ſpūs. re. t. c. fi. et. t.
a. in. e. ig. accē. Tertio habet opationē fructu-
oſam. Sūt eni. xij. venti quoꝝ q̄libet habet ali
quid fertilitatis et vtilitatis in mūdo. ppē qd̄
ſicut dictum eſt ſupius. Ventus ſedulus ſi per
flauerit ipſam terram cſtat ꝙ fertilitas anno
illo cſequiť. Sic etiam ſi ſpūſſanctus ſua gra-
tia pflauerit corda humana ꝛ terrea q̄ ſignifi-
cantur p terrā. vt s̄ patuit. fiunt fertilia et fru-
ctuoſa p. xij. fructus quos enumerat apl's ad
Gal. v. Fruct⁹ aūt ſpūs ē charitas gaudiū pax
patiētia lōganimitas benignitas bonitas mā-
ſuetudo fides modeſtia cītinētia et caſtitas. hi
xij. fruct⁹ quos ſpūſſanct⁹ facit i nob poſſunt
cgrue. xij. ventis adaptari. Primus vent⁹ dr̄
ſubſolanus q̄ſi ſb̄ ſole natus qȝ naſciť ſub tor-
rida zona ſub qua ſemp mouetur ſol. ꝛ hoc cō
petit pmo fructui ſpūſſanti. ſcȝ charitati. q̄ na
ſcitur ſb̄ ſole. i. ſpūſancto q̄ vt caniť dr̄ igneus
ſol. vt in hymno. Jam ſol recedat igneus. ideo
dicit Aug⁹ in li. xiij. de tri. c. xvij. De⁹ ſpūs eſt
q̄ pcedit ex deo cū datus fuerit homini accen-
dit euz ad diligendum deum ꝛ pximum ꝛ ipſe
dilectio eſt. Unde enim habet homo vt diligat
niſi ex deo. Jdem Aug⁹ in eodem libro cōmē-
dans charitatem dicit. Nullum ē iſto dono ex
cellentius. ſoluz eſt qd̄ diuiditur in filios regni
et filios perditionis. Et ſubdit. dātur et alia p
ſpiritum munera ſed ſine charitate nihil pſunt
Et dicit magiſter li. xj. pprietatem. Licet ſub-
ſolanus a calida venit regione. ſcilicet ab ori-
ente. tamen ad nos ctingit tempate. Sic ꝙuis
charitas a ſpirituſancto procedit qui eſt amor R
increatus et immenſus. tamen ipſa que nobis
infunditur eſt creata et limitata. quia ꝙdiu ſu-
mus in via poſſet ſemper augeri charitas intē-
ſius. Hic mouet queſtionem magiſter. li. j. ſen-
tentiaꝝ. diſ. xvij. c. j. Queritur inquit. Si cha
ritas ſpūſſanctus eſt cum ipa augeatur in ho-
mine et minuatur magis et minus per diuerſa
tempora habeatur. vtrum concedendum ſit ꝙ
ſpirituſſanctus augetur vel minuatur in homi
ne et magis vl̄ minus habeatur? Et ſubdit his
itaqȝ reſpondemus dicentes ꝙ ſpūſſanctus ſi-
ue charitus penitus īmutabilis eſt nec in ſe au
getur vel minuitur. nec in ſe recipit magis vel
minus. ſed in hoīe vel poti⁹ homini augeť vel
minuiť ꝛ magis vel minus dať vel habeť. Sed
deus dr̄ magnificari et exaltari in nob. qui tn̄
in ſe nec magnificatur nec exaltatur. Et decla
rat hoc per ps̄. lxiij. Accedat homo ad cor al-
tum et exaltabitur deus non in ſe. ſed in corde
homis grandeſcit. Sic ſpūſſanctus hominib⁹
datus amplius datur. i. augeť. ꝛ magis ac ma
gis habeť. et tn̄ īmutabilis exiſtit. Et infra. c.
iij. dicit. Spūſſanctus ē charitas q̄ nō habēti
dať ꝛ i habēte augeť ꝛ pficit. imo vt verius eſt
magis pprie loquatur homo ī ea pficit ꝛ defi-
cit aliq̄n. ꝛ tūc ipſa dr̄ pficere vel deficere q̄ tn̄
nec proficit nec deficit in ſe quia deus eſt ꝛ de-
clarat hoc per Aug. omel̄. ix. ſup eplām Joh.
q̄ dicit. probat ſe quiſqȝ ꝙtum in illo pfecerit.
charitas vl̄ poti⁹ ꝙtū ipē in charitate pfecerit
Nam ſi charitas deus ē nec pficit nec deficit.
Sic ergo dr̄ pficere charitas. qȝ tu in ea pfic̄i.
Secundus ventus dr̄ vulturnus qui eſt a de- S
xtris ſubſolani verſus ſeptentrionez. Et diciť
vulturn⁹ eo ꝙ alte tonat. Juxta illō Lucrecij
poete. Alit tonans vulturnus ꝛ auſter Et hoc



Feria ſcda pentecoſtes

cõpetit caſtitati que alte tonat adeo ꝙ vix ab
vno inter mille ſeruatur et valde ſublimis eſt
ad ſeruãdũ. quia dicit Hiero⁹ i carne ꝑter car
nem viuere nõ eſt humanũ ſed angelicuꝫ. ideo
domin⁹ loquens de ipa ait Mat. xix. Qui põt
capere capiat. Et ſic ille vẽtus hꝫ aeris humo
rem deſiccare. qꝛ eſt vẽtus calidus et ſicc⁹. ſic
caſtitas reſtringit humorẽ. i. lubricitatẽ cõcu=
piſcẽtie carnalis. Tertius vent⁹ a ſiniſtris ſub
ſolani v̉ſus auſtꝝ dr̃ eurus. et competit fidei.
qꝛ ſicut iſte vẽtus venit ab oriẽte. ſic fides ve=
nit a xpo. De quo Zach. vj. Ecce vir oriẽs no
men ei⁹. Et Luc. j. Viſitauit nos oriẽs ex alto
iſte etiaꝫ vẽtus generat nubes q̃ lucẽ ſolis ob=
umbrant. qꝛ ꝑ ipam fidẽ nõ oĩno clarã ⁊ aper=
tam. ſed vmbraticã de deo cognitionẽ habem⁹
Iux̃ illud. j. Cor. xiij. Videm⁹ nunc ꝑ ſpeculũ
T in enigmate. Quartus vẽtus ꝑ̇ncipalis dr̃ fa=
uoneus eo ꝙ foueat ea que naſcuntur in terra
ſcḋm Iſiḋ. et hic competit ꝯtinentie. qꝛ caro no
ſtra de terra ſumpta fouetur ⁊ ꝯſeruatur i mũ
dicia ⁊ ſanctitate. Iſte q̃dem vẽtus hyemẽ re=
ſoluit gramina floreſqꝫ ꝓducit. Moraliter per
hyemẽ ſignificaẗ vno mõ adũdantia iniq̃tatꝭ
Iux̃ illud Mat. xxiiij. Orate ne fuga vr̃a fiat
in hyeme. i. moriamini in abũdantia iniq̃tatis
Alio modo eſt idem ꝙ malicia Ioh. x. Facta
ſũt encenia hieroſolymis ⁊ hyems erat. i. ma=
licia inter iudeos. hãc hyemẽ iniq̃tatis vẽtus
cõtinẽtie reſoluit et gramina v̉tutum ꝓducit.
quia dicit Fortunatus in omel̉. Eſt aũt cuſtos
omnis v̉tutis effectrix qꝛ totius humane ſalu
tis ipa mũdicia mẽtis ⁊ corpis. Quint⁹ vent⁹
a dextris fauonij v̉ſus auſtrũ dr̃ zephyrus. qꝛ
gramina ⁊ flores ei⁹ flatu viuificãtur. zoe idẽ
eſt ꝙ vita et cõpetit gaudio qḋ vitã conſeruat
et ꝓlongat. qḋ teſtaẗ plato in fedrone. releua=
men toti⁹ ſubſtãtie ipſum ẽ virtuoſum gaudiũ
et tem̃patũ huius vite. Quia philaret⁹ in tra=
ctatu de natura morborũ. Gaudiũ ſbtiliat ſpi=
ritus et alleuiat ipſum pect⁹. Iſte vẽt⁹ ꝓducit
flores. qꝛ anim⁹ gaudens floridã facit etatem
ſed ſpiritus triſtis exiccat oſſa. Prouer. xvij.
Sextus vẽtus qui a ſiniſtris fauonij ẽ verſus
V aquilonẽ diciẗ circi⁹ eo ꝙ choro ſit cõiunctus
h cõpetit patiẽtie per quã hõ in regno celorũ
choro angeloruꝫ cõiungiẗ. Iuxta illud Mat.
v. Beati q̃ ꝑſecutionẽ patiũtur ꝓpter iuſticiã
qm̃ ip. eſt reg. ce. ideo dixit abbas effrem pati
ens homo merebitur ꝯſortiũ angeloꝝ. in iſto
vento fiunt pluuie fulgura et tonitrua. Nam ⁊
purgat pluendo. illuſtrat fulgurando. ⁊ terret
tonando. ⁊ hec omnia facit tribulatio aĩe ſi ſit
patiẽter tollerata. Nã ꝑ̇mo purgat. quia dicit
Greg⁹. Si quis plene appetit vitia vincere ſtu

di at humiliter purgationis flagella tollerare
vt tanto plus ad iudiceꝫ mũdior veniat quãto
nunc eius rubiginem ignis tribulationis pur=
gat. Item illuminat. quia dicit amandus. li. j.
c. xiij. ꝙ tribulatio cõſcientie cõfert ſerenitatẽ
Et idem dicit ibideꝫ. ꝙ multi ꝓpter tribulatio
nem opera tenebraꝝ abiecerunt. et armis lu=
cis ſunt induti. Septimus ventus principalis
a meridie veniẽs dr̃ auſter ab hauriendo. qꝛ a
quas hauriat et pluuias fundit. et hic compe=
tit bonitati hominis que aq̃s gratiaruꝫ quas
a deo hauſit alijs abundãter cõmunicat et ef=
fundit. Iuxta illud Prouer. v. Deriuentur fõ=
tes tui foras et aquas tuas in plateis diuide.
Quia ſicut auſter gignit flumina et prebet a=
quas largas. Hic bonitas hominis gignit flu
mina ſcilicet ſpiritusſancti dona. De quibus
Ioh. vij. Flumina de ventre eius fluent. et pre
bet pluuias largas lachrymarũ. Quia bonuꝫ
vt dicit Diony. Eſt ſuijpſius diffuſiuum. Octa
uus ventus qui eſt a dextris auſtri verſus ori=
entem dicitur africus. eo ꝙ in africa frequen=
ter principium accipit flandi. hic competit be=
nignitati. Nam hic ventus eſt calidus. et eſt a
dextris auſtri. In calore deſignatur amor. In
dextra amoris rectitudo. ideo ſignificat afri=
cus verum amorem ad proximum. et talis a=
mor eſt qui benignum facit. quia dicit Sen̄. in
li. de clementia ad Neronem. Qui benignus X
eſt et blandus fuerit cunctorum ſibi hominum
amicitiam acquirit. Naꝫ dicitur benignus qui
eſt bene ignitus ſcilicet amore bono igne amo
ris ad benefaciendum proximo. Nonus ven=
tus qui procedit a ſiniſtris auſtri verſus occi=
dentem dicitur nochus qui lꝫ ſit temporatus
tamen aliquando peſtilentia inducit. et com=
petit mãſuetudini cuius eſt ira temperare ⁊ co
hibere licꝫ nihilominus etiam manſuetus pre=
latus zelo iuſticie coactus percuſſiones et cor
rectiones exercet cum digna ſeueritate. Vnde
Moyſes qui erat mitiſſimus populi qui vitu=
lũ adorauerunt zelo iuſticie accenſus vno die
quaſi. xxiij. milia occidit de populo. vt habe=
tur Exoḋ. xxxij. In hebreo habetur tria milia
Sed aliqui cõcordant illud dicentes. ꝙ in he=
breo numerantur tantum illi qui erant in trãſ=
greſſione principatus et alios inducentes. Sꝫ
cum iſtis fuerunt de alijs tot occiſi ꝙ numer⁹
ad. xxiij. aſcendebat. vt dicit Nicola⁹ de lyra.
Decimus ventus qui eſt principalis veniens Y
a ſeptentrione vocatur aquilo qui aquas ſtrin
git et ligat et congruit longanimitati que liga=
tas et firmas tenet aq̃s gratiarum et virtutes
in aĩa. qꝛ lõganimitas eſt virtus q̃ patiẽter vi
te eẽne ꝑ̇mium expectatur. Vndecimus vẽtus

qui eſt a dextris aquilonis dr̄ chorus quia circulum ventorum quaſi claudit et ad ſe trahit. hic competit paci que omnes virtutes p appetitum ſui ad ſe trahit. quia omnia pacez exoptant. Ideo dicit Aug⁹. li. xix. ď tri. Et Diony. c. ix. de diui. nomi. hec velut finis claudit circulum omnium virtutum et affectionū anime. et pſ̄. cxlvij. Qui poſuit fines tuos pacē. Iſte quidem ventus infrigidat. quia pax iracundie accenſionē reprimit. et ira cordi refrigeriū tribuit. Duodecimus vētus qui ꝓcedit ab aquilone dr̄ boreas ab iperboreis montibus a quibus flat. et hic competit modeſtie. qꝛ vent⁹ generat niuem q̄ cadens pulchritudinem hꝫ. ſm illud Ecc̄i. xliij. Pulchritudinē candoris eius admirabitur oculus. Et modeſta exteriorum motuum hominū ꝯuerſatio redditur pulchra ꝛ grata oculis intuentium videlicet quādo aliquis exteriores mores ſuos ſiue motus moderatur ſm cōtinentiam ſuam et negociorum et locorum et aliarum pſonaꝝ. De hac dic̄ Ambro. li. j. de officijs. Hec ē pulchritudo viuēdi bene continentiam cuicūqꝫ ſexui et pſone reddere. hic ordo geſtoruꝫ optimus. hic ornatus ad omniū actioneꝫ accōmodus. Ex iſtis duodecim virtutibus aut fructibus cognoſcit quilibet homo an venit ad ſe ſpūſſanctus.

De eodem. Sermo. ij.

Sic deus dilexit mundum. vt filium ſuuꝫ vnigenitum daret. Joh. iij. magiſter li.
A xv. ꝓprietatum dicit de ꝓuincijs, ꝙ in hybernia eſt quedam inſula in qua homies non moriuntur, ſed nimio ſenio affecti vt moriantur extra inſulam deferuntur. Et forte cauſa illi⁹ eſt bonitas aeris et nutrimēti. quia ibi non eſt ſerpens nec rana nec aranea venenoſa que inficere poſſunt aerem. ſed tota terra adeo contraria eſt veneno. vt terra inde lata et ſup ſerpentes aſperſa eos punit et occidit. et ſi buffones in hybernia deferantur ſtatim moriuntur. Spūaliter p hanc inſulā intelligitur patria celeſtis in qua nullus ibi exiſtēs pōt mori. Quia Apoc̄. xxj. Neqꝫ mors erit ibi. ſed ibi erit vita eterna. qđ teſtat̄ Aug⁹. li. ſoli. Ibi ē eterna refectio. perpetua dilectio. iocūda poſſeſſio. trāquillitas ſine labore. leticia ſine merore. dies ſine nocte. vita ſine morte. Et Berñ. in li. ď cōditione humane miſerie loquens de illa patria dicit. ꝙ ibi eſt ſummū bonū. ſumma felicitas. ſumma iocunditas. vera libertas. pfecta charitas. etña ſecuritas. ꝛ ſecura eternitas. verſus. Eſt ibi pax pietas bonitas lux ꝟtus honeſtas. Gaudia leticia dulcedo vita perēnis. hec Berñ. Ecce ꝙ i celi patria nō ē mors ſꝫ vita ppetua. Sed qꝛ hō peccauit aliter niſi xp̄s moreretur redimi nō potuit. Sicut dicit Anſhel. i li. Cur de⁹ hō. ſup illud. Si nō pōt trāſire calix niſi bibā illum? Nō inqt potuit tranſire calicē niſi biberet? nō qꝛ mortē vitare nequerat. Sꝫ qꝛ aliter mūdus ſaluari nō poſſet. Cū autē xp̄s i celeſti patria ꝓ hoie mori non potuit. iō ex̄ cā p paternā dilectionē ꝛ ſuū infinitū amorem delatus fuit in hūc mūdum vt ſatiſfaceret moriēdo. iō dic̄ beat⁹ Berñ. vbi ſ̄. Fili⁹ cū eēt in ſinu pr̄is a regalib⁹ ſedib⁹ ꝓ aīa hoīs deſcēdit. vt eam de ptāte diaboli liberaret. et ď hoc dicunt ꝟba hec euāgelij. Sic de⁹ dilexit mūdū i qb⁹ duo tāgūt̄. ꝑmo dilectio paternalis ibi. ſic de⁹ di. mūdū. ſcđo miſſio filialis ibi. vt filiū ſuū vnige. da. Circa qđ nota ꝙ oipotens de⁹ ſuā dilectionē ad nos oñidt i multis. ꝑmo qdē in hoc ꝙ ꝑuenit tarditatē nr̄e beniuolētie. Juxta illđ. j. Joh. iiij. In hoc apparuit charitas dei i nob. qm̄ filiū ſuū vnigenitū miſit de⁹ i mūdum. vt viuam⁹ p ipm̄. In hoc ē charitas non q̄ſi nos dilexim⁹ deū. ſꝫ qm̄ ipe ꝑor dilexit nos ꝛ miſit filiū ſuū ꝓpiciationē ꝓ pctis. Et qꝛ ipe ꝑor dilexit. dicit Berñ. ꝙ dulcis de⁹ eſt ꝑmus i acceſſu ꝛ vltim⁹ in receſſu. Et ideo ꝯueniēter cor humanū exigit ſibi dari. Jux̄ illđ Prouer. xxiij. Prebe fili mi cor tuū mihi. Sicut eni ipſe prim⁹ eſt i acceſſu ꝑueniēdo voluntatem vt ad deū ꝯuertat̄ ꝛ vltim⁹ i receſſu. Quia ꝑm⁹ natura ꝛ cauſalitate hō recedit a deo p pctm̄ ꝛ de⁹ eū relinqt ſubtrahēdo grãꝫ. Ita cor humanuꝫ ꝑmū ē inter ptes corpis qđ viuificat̄ ꝛ vltimū qđ morit̄. In cui⁹ figura dr̄ Exo. xiij. Sāctifica mihi omne ꝑmogenitū. id eſt. cor humanuꝫ qđ inter mēbra humana primogenitū dicitur. Et hoc eſt qđ ꝑcipitur Mat. xxij. Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo. Et dr̄ notanter Prouer. xxiij. Fili mi ꝑbe mihi cor tuū. Ubi nota ꝙ deus exigit ſibi cor humanū dari tripliciter. Primo vult ꝙ ꝑbeas ſibi cor tuuꝫ liberaliter non ꝙ mutues nec ꝙ vendas. quia hoc non liberaliter eſſet. Illi enim ſibi mutuant qui ſibi ſeruiunt pro temporali proſperitate cōſequenda. et quando eius ſubtrahitur ꝓſperitas ſubtrahunt cor ſuum. Sicut ille de quo dauid in pſ̄. xlviij. Confitebitur tibi cum bene feceris ei. Illi autem vendunt qui diligūt eum pro mercede. qui tantum de deo cogitant quātum iam de beneficijs ab ipſo ſe percepiſſe cognoſcunt. Primi enim mutuāt ſub ſpecie futuri cōmodi. Secundi autem vendunt ꝓ mercede accepta. De qbus dicit Eſa. xxix. pplus

B